



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 393/17

ORDINARIATUS MILITARIS LUSITANIÆ

Sanctum Franciscum Assisiensis, qui rerum naturam veluti mirificum donum a Deo humano generi datum coluit, Medici Veterinarii Militarii Publicæque Securitatis qui ad Ordinariatum Militarem Lusitaniæ pertinent peculiari cultu prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Manuel da Silva Rodrigues Linda, Episcopus Ordinariatus Militaris Lusitaniæ, communia excipiens vota, electionem Sancti Francisci Assisiensis, in Patronum apud Deum Medicorum Veterinariorum Militarium Publicæque Securitatis qui ad Ordinariatum Militarem pertinent, approbavit.

Idem vero, litteris die 9 iulii 2017 datis, enixe rogavit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis, confirmarentur.


Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, precibus annuit atque

SANCTUM FRANCISCUM ASSISIENSIS
PATRONUM APUD DEUM
MEDICORUM VETERINARIORUM MILITARIUM
PUBLICÆQUE SECURITATIS
QUI AD ORDINARIATUM MILITAREM IN LUSITANIA
PERTINENT

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstant.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 20 mensis Septembris 2018.



Robertus Card. Sarah
Præfectus



✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis